

peccato suo vitulum, ibidem, num. 3. Sed cur in populi peccato de ignorantia sit mentio, non verò in culpa Sacerdotis; Hic ut doceat, legem scire tenetur, quam populus sæpe ignorat.

Origen.

31.

Populi tumultus contra se prudens habere velis.

1. Reg. 9.

Abulenf.

Septuag. Lippom.

QUESTIO XIII.

Quare Dominus flagello vendentes eiecit?

Valde mirum, ut notat Divus Chrysostomus homil. 22. quod Christus Dominus in templum veniens hos vendentes verbis non monuit, sicut & reliquos peccatores, ut ab illicita actione, à divinarumque rerum contemptu abstinereat, adhortatus est: sed eos vehementer flagello prosequitur, ut ita fieret patenter evidens (quæ sit prima ratio) exitum, circa domum Dei, Christi Domini zelus. Et ita dicitur infra.

32.

Chrysost.

Recordati sumi discipuli quia scriptum est: Zelus domus tue comedit me. Et ita ait Chrysostomus homil. 22. Neque enim tantum illos eiecit; sed evertit mensas, dispersit argentum, ut illi secum putarent, quod, qui se pro domus Dei honore periculis exponeret, ejus dominum minime contemneret. Neque simulationem in ipso quispiam poterat conjecurare, cum non verbo tenus monisset, sed & periculis, & contumeliis in medio vulgi...

Eccli. 40. Itai. 28.

Proy. 26.

33. Cytill.

Tertio, Divus Cyrillus lib. 1. in Joan. cap. 28. Nec verbis, ait, solum, male se tulisse, ostendit, verum etiam verberibus, tanquam iniquos servos, merito cadens è templo eiecit. Servi certe fuerunt, & in ea conditione, qui liberatorem, Dei filium per fidem suscipere recusarunt. Flagello verberantur Judæi, ut peccantium mira conditio liquefcat, erant enim à Deo ita appetiati Israëlitarum, tanquam peculium de cunctis populis, Exod. 19. num. 9. & tanquam charissimi filii à Deo admabantur: Filii enervioi, & exaltavi, Itai. 1. n. 2. & tamen ut servi funiculis, caduntur, quia ob peccata ex filiis in servos, ac miseram servitutem degenerarunt. Et ita ait Divus Bernardus lib. 4. de consideratione: An non servus, cui dominatur iniquitas, & maxime.

34. Cytill.

Quarto, Idem Divus Cyrillus citatus c. 29. Si-cum Dominus imperat, ait & sicut d. Elor ad aquum, & iustum hortatur. Christus Dominus dum inter flagellandum eos percutit, ait: Auferre ista hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. Quamvis, ut Dominus imperet, ut auferant illa, eosque funiculis verberet; tamen ut doctor, id, quod lex dicit, exponit. Quia bonus magister ad instruendos suos cum doctrina possum habere, & flagellum ad puniendum debet habere.

Bonus Doctor cum do-

ctore, id, quod lex dicit, exponit.

Quia bonus magister ad instruendos suos cum doctrina possum habere, & flagellum ad puniendum debet habere.

habere. Postquam ob peccatum suum à paradiso expulsus est Adamus, collocavit Dominus ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeo gladio, Genes. 3. n. 24. Cherub, id est, plenitudo scientiæ, & hæc cum flammeo gladio ad percutiendum.

35. Paulin.

Homo ali- quando flagellandus ne prosperitate labatur.

36. Ambros.

Suum Deus fidei in Ecclesiam à Synagoga dividit.

37. Ambros.

Magnus nefas, cathedras, ac honores vendere.

1. Reg. 5.

Azotus, id est, ignis concupiscentia.

Petr. Bles.

Quinto, Divus Paulinus epistol. 22. ad Severum: Expedite autem nobis, ut etiam adificatum cordis nostri templum sæpe Dominus Jesus revisat veniens in flagello timoris sui, ut eiciat de nobis mensas numulariorum, & venditores bonum, vel columbarum: ne quod avaritia commercium animus noster exerceat, neque in nostris sensibus tarditas bonum stabile, neque finis innocentia nostra, vel divinis gratia venditores. Flagello verberantur venditores, atque à templo ita expelluntur, quia necesse est, ut Deus sæpe ad nos in flagello veniat, ne ipsa rerum prosperitate in anima nostra commoretur bonum tarditas, venditio, nostraque innocentia alienatio, quod in oibus significatur, vel gratia nobis data fiat perditio, quod in columbis adumbratur.

Sexto Divus Ambrosius in c. 19. Luca, circa finem, ait: Flagellum de restibus fecit, quia fures ceciderunt, inquit, mihi in præclavis; e enim hæreditas mea præclara est mihi: fures enim dicuntur, quibus agri mensores metiendorum limites partiuntur agrorum. Et ite tanquam bonus agri mensor Synagoga terminos distinguebat, & Ecclesia sacri- lego de templo jubebat exire. Novus enim venerat feracium metator animarum. Moraliter expendit locum sanctus Pater: funibus distinguuntur, ac separantur hæreditates; & agrorum possessiones; cum Christus optimus animarum vendit metator, vendentes à templo funiculis eicit, illis enim jam dividebat Ecclesiæ suæ confines, suorumque fidelium à terminis Synagoga perdidit, sacrilegio, & prophanationi dedit.

Septimo, Idem Divus Ambrosius tom. 5. Con- cione 1. de Basilicis non tradendis Hæreticis. Templum, inquit, suum Christus ingreditur, & flagellum prehendit, & eicit de templo numularios. Non patitur enim in suo templo esse eos; qui vendunt cathedras. Quid sunt cathedra, nisi honores? Inter omnes delinquentes idololatrias, hæreticos, publicanos, peccatores, quos in mundum veniens Christus invenit, hos flagello prosequitur; hi enim numularij erant, qui in domo Dei cathedras, honoresque vendebant: quod est valde execrabile nefas. Cum à Philisthæis capta esset arca Domini, in Azoto eam constituit in templo Dagon. 1. Regum 5. num. 1. & statim, Aggravata est manus Domini super Azotios, & demolitus est eos. ibidem, num. 6. Sed cur ita Domini ira grassatur in eos, cum arca Domini eis esset in magna reverentia? Azotus, id est, ignis concupiscentia. In arca continebatur tota Ecclesiastica dignitas præminentia, totaque divina legis scientia, & doctrina: qui ergo Ecclesiasticam dignitatem, scientiaque honorem in Azoto, hoc est, in igne concupiscentiæ, constituunt, ut vendant, in omnium malorum incur- runt pernam. Petrus Blesensis epistol. 14. 11. inquit, Baal construnt, dum pro temporalium rerum questu, quasi sub factu alicuius, vitam, & animam ponunt. Ipsi constituunt arcam Domini in Azoto, quod interpretatur ignis concupiscentiæ: quis per ambitionem concupiscentiam gloriam no-

Sylveira in Evang. Tom. II.

stra professionis evacuanti. Scienier equidem, & prudenter pereunt; quia emisit eis Dominus spiritum veriginis, eisque rotam malorum Rex sapiens impiorum ventilator immitit.

Octavo, Divus Augustinus tract. 10. in Joannem, qui pro de funiculis, legit, de resticulis, ait sanctus Doctor: Quisquis in peccatis suis vestem sibi textit. Prope a dicit: Va his, qui trahunt peccata sua, sicut vestem longam. Et quis facit vestem longam? qui peccato addit peccatum. Quomodo adduntur peccata peccatis? cum peccata, quæ facta sunt, cooperantur cum aliis peccatis. Funiculis, ac resticulis verberantur, quia peccata peccatis connectendo longum contra se faciunt funem, quo profligantur, & constringuntur, ut ligatis manibus, ac pedibus in tenebris exteriores mitantur. Iniquitates sua capiunt impiam, & funibus peccatorum suorum constringitur. Proverb. 5. num. 2. Peccata, ut eleganter ait Beda, dicuntur funes, quia is, qui funem facit, torquendo semper, & involvendo fila adauget: talis est fortitudo operum malorum, in quibus prava pravis nectendo, nihil aliud quam ut se artius obligent, agunt.

Nono, Divus Hieronymus in Isai. cap. 5. num. 18. Va, qui trahitis iniquitatem in funiculis, ita ait sanctus Doctor: Quod vincula dicuntur esse peccata, crebrius legitur. E quibus illud est: funibus peccatorum suorum unusquisque constringitur. Et Dominus arguens populum delinquentem, qui peccatis peccata sociant, fecit flagellum de funiculis, ostendens eis quomodo domum Dei fecissent speluncam latronum. Et idem habet Origenes hic in Joan. Per quæ enim quis peccat, per hæc & punitur. Homo per delicta sua Deum offendit, & peccat per ipsamet, quæ in funiculis adumbrantur, verberatur, & flagellatur. Vide lib. 1. c. 1. num. 86. & lib. 2. c. 8. num. 18. Decimo, Christus inter omnia delicta maxime in hanc templi prophanationem severe invehitur, ut ita liquefcat, quam grave sit peccare in domo Dei, eisque con- temnere sanctitatem. Beda hic: Quid ergo putamus, ait, fecisset Dominus, si invenisset eos rixis dissidentes, aut fabulosos, otiosos, aut turpibus, & obstinatis colloquiis vacantes, aut quolibet alio scelere occupatos; si ita in eos deserit, qui ea negotiabatur in templo, quæ Domino offerre volebant. Hac contra illos diximus, qui Ecclesiam ingressi, non sicut in domo Dei, cum metu, & reverentia ibi consistunt. Similiter Divus Augustinus tract. 10. in Joannem.

Undecimo Rupertus in c. 12. Habacuc n. 9. ad illa verba: Qui congregat avaritiam malam, ita ait: Rupertus: Tais avaritia, ut totus orbis audit, quia domum Dei, quæ domus erat, vel esse debebat orationis, fecit speluncam latronum. Quam mala fuit hæc avaritia, præferim eorum, qui pauperes spiritus patres habuerunt, & qui erant filii peregrinorum. Præ filiis à parentibus peccatoribus hos Christus durissime puni- tit, hos namque è suorum parentum virtutibus degeneres vidit; illi enim Patriarchæ illustissimi Abraham, Isaac, & Jacob, divitiarum, bonorumque temporalium contemptu maxime florere. Et Christus Dominus, cum viderit eorum filios avaritiæ, ambitioneque deditos, & à virtutum majorum suorum fastigio corruisse, eos veluti maxime obstinatos intendit, non verbis, sed verberibus corrigere, non exhortationibus, sed ictibus contunderet, ac emollire. Vide lib. 1. c. 4. n. 7. & lib. 2. D 2 ep. 3.

Simon. jun. cap. 3. m. 10. Duodecimò. Simeon junior. Theologus, ac Presbiter, habetur in Biblioteca rom. 12. part. 1. orat. 24. ita ait: Iesus consummatus...

41. Alex. Papa. Decimo tertio. Alexander Papa, ut refertur 1. quast. 3. cap. ex multis, ita ait: Illud quoque in hoc facto sollicite considerate, quod per totum textum...

Gregor. Beda. Irreverentia in Ecclesiam iustitiam divinam maxime sollicitat. Irreverentia in Ecclesiam iustitiam divinam maxime sollicitat.

42. Chrysol. Decimoquarto. Valde mirum, ut notat Chrysofostomus homil. 22. cujus rei causa Christus hic adeo est indignatus, maxime cum aliis injuriis...

Pro Dei honore magis quam pro nobis pugnandum. Pro Dei honore magis quam pro nobis pugnandum.

4. Reg. 1. Christum Dominum cum discipulis suis urbem Samaritanorum ingressuro, introitus prohibetur ab istis: unde duo fratres filij Boanerges, ira commoti dicunt: Domine, vis dicimus, ut ignis descendat de caelo, & consumat illos?

Lac. 9. Et quamvis germana hujus rei ratio sit eximia mansuetudo, ac patientia, in qua Christus Dominus tuos instruebat, tamen hinc optimae intelligentiae aliam moralem contexere, non praetermittam.

duos quinquaginta militum rectores ignis ab æthere dilapsus devoraret. Et idem Spiritus ordinavit, ut Christus similem plagam in Samaritanos cohiberet. Sed cur impij, ac hospitales homines igne non absumuntur, sicut duo illi militiæ principes, qui etiam, teste Maldonaro ad Maldon. citatum Luca locum, Samaritani erant? Illi duo Pentetarchi militiæ rectores, veluti contemnendo, ac irridendo Deum Eliæ dicebant: Hemo Dei, Rex præcepit, ut descendas: at Samaritani Christum, & Apostolos, ut puros homines existimantes, in civitate sua recipere noluerunt: & ubi injuria, ac contumelia erat in Deum, præcibus Eliæ ignis vorax descendens homines in favillas, ac cineres convertit; at ubi contemptus, & vilipendium ad homines coarctatur, Christi mansuetudo, ac patientia novit optime inducias dare, supplicium differre, & tempus concedere, ut omnia in melius reformentur.

Cum Deus super omnia sit venerandus, maxime damnabile est, ut ei humanum aliquid præponatur. Unus ex discipulis ad Christum Dominum dixit: Domine, permitte primum me ire, & sepelire patrem meum. Cui humani generis Redemptor veluti increpando ait: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos, Matth. 8. num. 22. Sed cur Dominus pie petitioni non solum facultatem denegat, sed potius aliquam rigoris ostendit speciem? dixit enim adolescens, Permite me primum ire; & ubi humanum aliquid, licet paternum, Dei venerationi, mandatoque antepositum, in gravem notam incurrit, Divus Petrus Chrysologus sermone 19. Nunquid, ait, Christus vetat extremum munus parentibus, quod debetur: Non pietatis obsequium negat, sed divinam præponit humanis affectibus servitutiem. Audite, quid discipulis dixerit: Permite mihi primum ire, & sepelire patrem meum: hoc ei non primum esse debuit, sed secundum, terrenus pater caelesti postponendus est patri.

QUESTIO IX.

Quare Christus Dominus flagellum de funiculis fecerit; non vero de catenis, vel virgis?

Cum, qui peccant in templo, digni sint, ut ait Divus Chrysofostomus homil. 24. in Acta, Chrysol. non qui verberare, sed qui fulmine feriuntur; tamen Christus Dominus hoc in loco sancto delinquentes, non fulmine, non ferreis catenis, non virgis, sed lineis funiculis verberat. Prima, & germana ratio est, quia ad manum erant humilissimi funiculi; ex funibus namque, quibus alligabatur animalia, istud confectum flagellum, quo vendentes, sicut canes, eiecit, ac profligavit de templo. Secundo. Divus Augustinus tract. 10. in Joan. Qui, ait, flagellandus erat: ab eis, prior illos flagellavit, fecit flagellum de funiculis, & inde indisciplinatos, negotiationem in Dei templo faciemes, flagellavit. Cum innocens Dominus ab

Quantum res distet sub manu Dei, ac sub manu hominis.

45. Ambros.

In Christo suavis cum rigore in mundo totum crudelitas.

46. Ambros.

Psal. 44.

Flagellum & vira pro temporis diversitate.

Isai. 11.

Pagnin.

August.

Idem.

Accommodat se Christus hominibus.

47. Ambros.

Exod. 7.

ab impijs Judæis ferreis catenis, atque virgis esset flagellandus, tamen multo prius clementissimus Jesus ipsos iniquos lineis funiculis verberat, ut appareat, quantum res distat sub manu Dei, ac sub manu hominis; nam sub Dei nutu cum rigore est suavis sub hominis imperio totum crudelitas & sævitia. Vide lib. 2. c. 7. n. 26. Tertio. Divus Ambrosius como 5. concione 1. de Basilicis non tradendis Hæreticis, & punit Auxentium Episcopum, qui & Mercurius dicebatur. De templo, ait S. Doctor, Jesus flagello eiecit, Auxentius gladio, Jesus flagello, Mercurius securi, Pius Dominus flagello exurbat sacrilegos; nequaquam persequitur pius ferro. Habet Christus & mundanus Imperator verbera: Christus ex funiculis lineis, ut tuos suaviter puniat, ac corrigat ne in præcipitium devolvantur, imo ut eis potius tanquam habentis reficiantur, a peccatisque reprimantur. At mundanus Imperator catenas habet, ut subditos occidat, & omnium effundens sanguinem exculeret eos. Vide lib. 3. cap. 1. num. 20. & 21.

Quarto. Idem D. Ambrosius in cap. 19. Luca, circa finem Flagello de rostribus cadebat turbas, ait, & nullus resistere audebat; & tunc virga vitæ, nunc flagello (virga enim recta est, virga regni tui, Psal. 44.) virga, ut corrigat; flagello, ut suaudeat. Recta illic, hic inflexa præcepit, qua peccatoris conscientia, veluti lenio verbera flagellatur. Alii sum enim terrores prophetici, alia Apostolica suasionem: in utroque tamen unus est verbi disciplina. In manu Domini est virga, & flagellum: virga, ut puniendo corrigat, ac in melius mores transmutet; flagellum, ut lenio verbera cælestia documenta suadeat, divinæque exhortationes hominis insinuetur in corde. Christus nec semper virga, nec semper flagello utitur, sed pro temporis diversitate. Hoc revoca id, quod ait Isaias 11. num. 1. Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet: seu ut legit Pagninus: Egredietur virga de semine Isai, & ramus de radicibus crescet. De radice, qui est Christus, exeunt virga, & ramus: virga, ut corrigat; ramus, ut suaviter, & leniter attrahat. Sed audiamus Divum Augustinum, qui optime expendit, quomodo Christus Dominus sit virga, & flos: Virga dicitur exire; quia exeuntes a rectitudine corrigi; flos vero dicitur ascendere, quia dum iustus progreditur in vertice, ascendit in florem. D. Augustinus serm. 99. de tempore, expendens citatum Isaiæ locum: Quomodo ait, unus sit Christus, singulis tamen diversus efficitur, prout indiget is, qui operatur. Qui ergo seignior est, & negligentior pro disciplina, Christus ei efficitur virga, & in virga non ascendere dicitur; sed exire: exeundum namque est ei, qui inutilis, & ignavus est, de eo statu, in quo non recte consistit. Qui vero iustus est, quia iustus sicut palma floret, in hoc ascendere dicitur Christus. Sic ergo qui verberibus indiget, exit ad eum in virga; qui autem proficit ad iustitiam, ascendit ei in florem.

Quinto. Expendo iterum citata D. Ambrosii verba, lenio verbera flagellatur. Non virga ferrea, sed levibus, ac mitibus funiculis profligantur isti; quia non statum est ad summam, extreme namque rigorem evolandum, sed aliqua prius leviora medicamenta, antequam ad extremum deveniantur, sunt applicanda. Tunc utique Aaron virgam coram Pharaone, & servus ejus, qua versa est in Sylycira in Evang. Tom. 1. l. 2.

colubrum. Exod. 7. num. 10. Cur potius in colubrum, & non in ferocem leonem, aut immanem ursum, aut sævum tigrem, quibus omnes magnum conciperent timorem, virga convertitur? Verum habet, quod venenosus sit coluber, multo tamen formidolosior leonis rugitus, ubi aspectus, rabies tigris in colubrum versa est virga. D. Augustinus quæst. 8. ex veteri Testamento. Uique; inquit serpentem fecit, qui & terram incubaret, non tamen obesset, per id, quod stupore quadam ad nocendum tardior sit; si enim leonem fecisset aut ursum, quomodo evaderent, qui aderant. Ita Dei in peccatoribus perdendis non est ita velocissima, ut statim summum omnia confusione effundat supplicium, sed prius aliqua, quibus homo exurgat, ad salutemque excitetur, leviora præmittit: & ideo virga, non in leonem, vel ursum, qui omnes enecaret, sed in colubrum convertitur, qui omnes terrificaret.

Sexto. Examinanda sunt ultima Divi Ambrosii citata verba: Alii enim sunt terrores prophetici, alia Apostolica suasionem. In Prophetis erat Deus mundum in virga ferrea gubernans, Psal. 2. num. 9. at ubi aurea incarnati Verbi cluxere sæcula, jam procul abest virga ferrea, ut percutiat, & solum ad manum est lentum flagellum, ut suadeat. Examinavit semetipsum factus obediens, ait Apollolus ad Philip. 2. n. 7. Deus factus homo exinanivit se à rigorosa potentia, & maiestate qua opprimebantur cuncta, non vero à suavi misericordia, & benignitate, quæ tunc maxime intuit: Apparuit benignitas, & humanitas Salvatoris nostri, ad Titum 3. num. 4. Divus Bernardus sermone 1. de Nativitate: Exinanivit se formam servit, a capiens, quia in forma Dei, Patri æqualis erat, sed exinanivit maiestatem, & potentiam, non bonitatem, & misericordiam. Quid enim ait Apollolus? Apparuit, inquit, benignitas, & humanitas Salvatoris nostri Dei. Apparuerat ante potentia in rerum creatione, apparuit sapientia in earum gubernatione, sed benignitas & misericordia nunc maxime apparuit in humanitate. Innotuerat Judæis potestas in signis, atque portentis: unde in lege sapiens invenies: Ego Dominus. Ego Deus. Verum amen Judæi potestate ipsa premebantur. Olim misericordia erat veluti occultata in sinu Dei; & potentia, atque maiestas, quibus cuncta se vere disponebantur, sese ostentabant: at ubi Verbi incarnati splendor cluxit, abscondita est virga ferrea, & super omnem orbem benignitatem inundantia misericordiam Dei viscera patuerat.

QUESTIO X.

Quare Dominus per seipsum, & non per alium vendentes eiecit?

Christus Dominus in benignitatem est ita propensus, ut Divus Ambrosius lib. 1. de Abrahamo, cap. 6. in limine dicat: Ubi gratia largienda est, Christus adest: ubi exercenda severitas, solum adsunt ministri, adest Jesus. Et ita, dum Christus Dominus in vita fuit per seipsum nullum punivit: tamen contra hos vendentes, non vocantur ministri, eorum ipse Dominus sævo armatur flagello. Bene potuit D. 3. Christus